

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

S ante O

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Sisapo, onis, *omnis*, Oppidum Hispaniae Beticæ, miniatis metallis in primis celebre, teste Plin. lib. 1. ca. 1. Ab hoc vicina regio Sisapontensis dicitur. Idē lib. 33. ca. 7. Celeberrimum ex Sisapontensi regione Beticæ minium.

Sisela, *omnis*, Pannoniæ superioris urbs, Romanorū colonia: de qua Ptol. lib. 1. cap. 15, & Plin. lib. 3. cap. 25.

Sisigambis, Vxor fuit Darius, quæ nulli suæ ætatis femine pulchritudine cessit. Quam tamen victo Dario Alexander nō solū non violavit, sed & summam adhibuit curam, nequis captivo corpori illuderet.

Sisyphus, pen. corr. *omnis*. Germ. Ein Sohn Aegle, welcher von Theseo ist vmbgebracht und zur Hellen an etn ewigs streitroten verdampt worden. J. Acoli filius fuit, mortalium omnium suæ ætatis astutissimus, qui quum Atticā latrocinis infestaret, à Theseo occisus est. Hinc Poëtæ fabulantur eo supplicii genere apud inferos plecti, ut saxum ingens in montis cuiusdam verticem cogatur provolvere: quod quum ad summū pedē extulerit, repentē deorsum relabatur. Ovid. lib. 13. Metam. Aut petis, aut urges rediturum Sisyphæ saxum. Huc etiam respicit Virg. 6. Aen. Saxum ingens volvant alii, radiisq; rotarum Distincti pendunt. Fuit & alius Sisyphus Corinthiorum rex, cui Meropi Atlantis filia nupsit. Ovid. 4. Fall. Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit.

Sisyphus, adjectivum, Ovid. 13. Metam. quid sanguine cretus Sisyphio, furisq; & fraude similis illi Inferis Aecidis alienæ nomina gentis?

Sithonia, *omnis*, Pars Thraciæ est, teste Stephano. Plin. quoq; lib. 4. cap. 11. Sithonios colloca in ea parte Thraciæ, quæ ab Hamo monte aversa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus verò lib. 7. Sithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ colloca ad sinum Thermaicum: eiusq; urbes facit Toronam, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. Poëtæ autem Sithoniam pro ipsa Thraciâ ferè accipiunt: unde Sithonias nives frequenter legimus pro altissimis Thraciæ nivibus. Virg. 10. Aeglog. Sithoniasq; nives hyemis subeamus aquosæ.

Sitia, *omnis*, Hispaniæ Beticæ oppidum, in conventu Tarracoenſi cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

Sittacene, *omnis*, Regio Asiæ, Mædis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicitur: Sittacene autem appellata à Sitracæ urbe, regionis totius capite. Vide Plinium lib. 6. cap. 26. & 27.

S ante M.

Smærdis, Cambysiæ Persarum regis frater, quem quum Cambyses per somnium vidisset regio throno insidentē, metuens ne regnum occuparet, occidit iussu. Fuit & alter Smærdis, Magus, qui post Cambysiæ mortem, fratrem se illius esse assimulavit, eoque actu in regni successione inirepuit, regnavitque aliquot menses, donec fraude per Phardimam Otanis filiam detecta, conspiratione septē optimatum est interfectus. Vide Herod. lib. 2.

Smilax, *omnis*, Pædiæ nomen, quæ amore Croci pueri capta extabuit, mutataq; est in fruticem sui nominis, quæ similis est hederæ sive in flores, ut ait Ovid. lib. 4. Metam. Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores.

Smintheus, *omnis*, Apollinis cognomen, qui apud Chryſam Acolidiam urbem colabatur: à muribus, quos Græcorum nonnulli *omnis* appellat, impositū. Quæ de re duplex ab Homeri interpretæ affertur opinio: quarū prior est, fuisse in Chryse oppido Acolidiam, Crinim sacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immisit in agros illius mures, qui fructus illius vastabant: posteaq; ejusdem sacrificiis placatus, quum pellem hinc tollere vellet, ad Orodem pastorem illius venit, à quo hospitio acceptus, pollicitusq; mali remedium, mures sagittis omnes interfecit: eoque facto iussit pastorem Crinidi indicare, ipsam Apollinem humana specie apud se divertisse, & ab eo mures occisos: quod audiens Crinis, templum deo construxit, vocavitq; Apollinis Sminthei, quod Æcolicæ linguæ dialectico mures *omnis* vocantur. Altera talis est: Quum Creten ses aliquando coloniam deducari essent, ab Apolline respōsum acceperunt, ut ibi urbem conderent, ubi eis terra geniti obstitissent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures dypeorum lora arroseunt: itaque manē quum id factum viderent, memores oraculi, urbem posuerunt, eamq; Smintiam appellaverunt: templo etiam Apollini extructo, quem illi ab eventu Sminthea cognominarunt. Ovid. lib. 6. Fall. Cōsulitur Smintheus, luoq; obscurus oparo.

Smintium, sive Smintheum, pen. prod. *omnis*, Apollinis delubrum, circa Chryſam urbem, quæ fuit in confinio Troadis & Acolidiam, teste Strabone lib. 13.

Smyrna, *omnis*, Vulgò Le Suiras, Urbs Ioniz clarissima, Melete amne irrigata, Homeri ut plurimi credunt, patria. De hac Strabo lib. 14. Quum Lydi Smyrnam eventissent, circiter annos quadringentos in vici modum mansit habitata. Postmodum Antigonus eam succitavit, deinde Lyſimachus: & nanc

omnium pulcherrima est. Eius pars in monte sita est, pars maxima in campo, præter portum, & gymnasium, & matronarum locum. Vix sunt in rectum pro viribus distinctæ, & lapidibus instratæ, porticus magnæ quadratæ, planiæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homerum: hoc est, porticum quadratum cum Homeri templo & statua. Nam & hi maxime hunc poetam sibi vendicant: unde & nummus quidam æneus apud eos Homerus vocatur. Urbis moenia Meles amnis præterfluitat cæteram structuram etiam portum clausum habet. Hæcenus Strabo. Hanc Theſeus Theſſalus in memoriam uxoris suæ, quæ Smyrna vocabatur, extruxit. Smyrnam itē Græci vocant aromatis genus, quod alio nomine myrrham appellamus.

Smyrnæus, adjectivum, Plectra Smyrnæa, Homericæ. Silius lib. 8.

S ante O.

Sæana, *omnis*, teste Ptolemæo lib. 11. dicta sunt ostia fluvii cuiusdam in Taprobana insula.

Soanes, *omnis*, Populi Asiæ, Caucasii extrema obtinentes, qui ducenta hominum millia educant in pugnam. Vide Strabonem lib. 11.

Sochis, Aegypti Rex, qui numini Solis apud Heliopolin obeliscos quatuor, 48. cubitorum longitudine, dedicavit. Autot Plin. lib. 36. cap. 8.

Socios, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit *omnis*, id est, Cornu Copiæ, librum multæ, variæque doctrinæ. Autor Gellius.

Socrætes, pen. corr. *omnis*. Germ. Ein berühmter Philosophus zu Athen. Philosophus Atheniensis, Apollinis oraculo omnium sapientissimus iudicatus, qui Philosophiam naturalem primus in moralem transfudit. Hic æquabilitatem in omni vita servavit, adeo ut idem semper vultus, eademq; frons sive prosperis, sive adversis rebus existeret usque ad extremum. Plin. lib. 7. Ferunt Socratem clarum sapientia, eodem semper vultu vulsu, nec zur hilaris magis, aut turbato. Habuit duas eodem tempore uxores, Xanthippen & Myrtonem Aristidis Iusti filiam, quæ quum crebrò inter se jurgarent, & ille eas desideret, quod propter se sceleratissimū hominem, simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, novissimè verterunt in eum impetum, & malè multatū fugientemq; diu persecutæ sunt. Interrogatus autem ab Alcibiade, cur mulierē tam acerbam domo nō exigeret? Quoniam, inquit, quum illam domi talem perpetior, insulco & exerceor, quod foris petulantium injuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi, intolerandam esse Xanthippes maledicentiam: Tu, inquit, nonne toleras anseres clamore perirepentes? eoq; respondente: Nec mirum, quum mihi ova & pullos pariant: Et mihi, ait Socrates, Xanthippe filios gignit. Pater Socratis fuit Sophroniscus statuarius, mater Phanatira obſtetricis. Hic in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus dixit: Emissem pallium, si numos haberem, neminem poposset, omnes admonuit, à quo acciperet ambiguus fuit. Auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum physicum se contulit. Postea animadvertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, invenit primus Ethicem: id est, moralem Philosophiam, ad quam transiens, fertur dixisse: Quæ supra nos, nihil ad nos. Autor est Xenophon: Socratem nunquam de natura rerum, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quod præter cæteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuit, exempla utriusq; rei constant. Nam & patientiam Gellius palchro scommate refert: Quum uxorem Xanthippen contumaciū ac clamorosiū è loco sublimiore in se agentem diu tolerasset, & postremò aqua ab ea esset perfusus, cepit ridens dicere: Sciebam Xanthippen, ubi detonuisset, quand oq; pluituram. Castitatis illud ab Aeliano memoratur, quod Zopyrus Physiognomus Socratē ex physiognomia iudicant, omnium libidiniosissimum esse: civibus autem tanquam falsa loquutum eum ridentibus: Socrates minime mentitum dixit, sed naturæ vim se animi virtute oppressisse. Cicero tamen de Fato non lascivum, sed hærdum ac mente stupidum, & obtulum à Zopyro dicit fuisse iudicatum. Nil unquam scripsisse constat, sed ejus dissertationes à Platone commemorantur. Damonem se habere dicebat, qui sibi futura prædiceret. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxerunt discipuli: & quum alius aliud apprehenderet, per se minaxæ sunt quasi familiaris dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos Socraticos & dici vellent, & esse arbitrantur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynicæ: & ab Aristippo, quem maxime voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenicæ philosophia manaverunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, ut Epicurorum, Megaricorū, Pyrrhonorū, qui se Socratis esse dicere

S 2 dicere

diceret: Vnde merito philosophorum fons Socrates appellatus est. Accusatus postremo ab Anyto quodam divite, & Melito poeta, & Lycone Oratore, vel quod de diis male sentiret: vel (ut alii placet) ob flagitiosam in pueros libidinem, in carcere coactus ac è vinculis causam dicere iussus, neglexit: & Lyfiam orationem elegantissimam respuit, ut scribit Cic. lib. 1. de Orat. Imitatus est (inquit) homo Romanus & Consularis veterem illum Socratem, qui quum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset: ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed ut magister, aut dominus videretur esse iudicum: quinquem quum ei scriptam orationem disertissimus orator Lyfias attulisset, quam si ei videretur, ediceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit, & commode scriptam esse dixit. Sed (inquit) ut si mihi calceos Sicyonia attulisses, non uterer, quamvis essent habiles & apti ad pedem: quia non essent viriles: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. Interrogatus deinde ex more à iudicibus, quamnam poena se dignum iudicaret. Ut (inquit) in Prytaneo alar ex publico. Quis ejus voce irritati iudices, eum capitis damnaverunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrépide, & non alio vultu, quam quo vinum solebat, exhausta decessit. Sed statim populus mortem ejus ita doluit, ut accusatores ejus partim morte, partim exilio puniret, & ipsi Socrati statuam æream dedicaret. Socrates alter pictor fuit, inter cujus opera enumeratur Oenus quidam nomine, fucem torquens, astante interim asella, præcedenteque quicquid ille torquisset: cujus picturæ meminit Plin. lib. 33. cap. 11. quamquam Pausanias eam Polygnoto mavult attribueret. Ad hanc tabulam alludit Propertius, quum ait: Dignior obliquis fanem qui torquatur Oeno. Alliduique tuam pascat asella famem. Alius Socrates Constantinopolitanus, qui historiam ecclesiasticam à tempore Apostolorum usque ad Chrysolomum contexuit: cujus etiam ætate viguisse putatur. Socus, *σώκος*. Per simplex c. Fuit vir Trojanus, animo & corporis dignitate generosus. Hic, Homero teste, magno animo Ulysses vulneravit: sed ab eo deinde ipse interfecit. Sodus, *σοδος*. [*σοδος* *σώδος* Stephano.] Oppidum Palæstinæ, unum ex his quæ Asphaltide lacu haustus esse Sacre iherusalem testatur. Strab. lib. 16. autor est, Sodomam olim XIII. urbium caput fuisse, urbemque magnam, quippe cujus etiam illa ætate sexaginta stadiorum fuerit ambitus. Sogdiana, *σογδιανή*, Sogdiorum regio in Asia, quæ (ut libro sexto, ait Ptolemæus) à Septentrione parte Scythiæ terminatur ab Oriente Sacis: à Meridie & Occasu Bactriana. In ea sunt urbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam (ut Solinus ait) Alexander terra cõdidit, ad cõtestandos itineris sui terminos. Solis fons, *σολίης πηγή*, Fons est apud Troglodytas aquæ dulcis, circa meridiem, maximè frigidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis fervore & amaritudine infestatur. Autor Plin. lib. 2. cap. 103. Herodotus lib. 4. ejusdem & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cujus meminit & Plinius, quamvis eum non Solis, sed Ammonis fontem appelleret. Vide ea quæ supra annotavimus statim post dictionem FONIS. Solis insula, *σολίης νήσος*, Est in mari Indico semper rubens, & (ut Solinus refert) omni animantium generi inaccessa: quoniam eò ingressos vis circumfusi aeris confestim exanimat. Plin. lib. 6. cap. 23. Insula quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nympharum, rubens, in qua nullum animal non absumitur incertis causis. Solis mensa. [Germ. Das Schauram Landt.] Aethiopiæ locus, apparatus epulis semper refectus: & quia ut libet (inquit Pomponius) veluti volentibus licet, *σολίης πρῶτον*: id est, Solis mensam appellant: & quæ passim adposita sunt, adfirmant nati subinde divinitus. Ad quem locum Severus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, rei fama per-motus profectus est. Cælius multæ viri lectioris, lib. 16. Antiquarum lectiorum scribit: Solis mensam adagio dici divitum, opulentorumque, hominum domos, omni rerum copia ubertim adfluentes, expositasque in opum necessitatibus & alimentis. Solis ostia, de quibus Pomponius in descriptione Indiarum, Loca sunt ob æstum intolerabilem, & à quarum longo tractu penuriam, sic dicta: quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diod. lib. 17. scribit. Soli, orum, *σολίαν*, Verbs in Cypro insula, metallorum copia nobilitata: cujus meminit Galenus lib. 9. Simpl. & Est præterea ejusdem nominis civitas in Cilicia, quæ postea Pompejopolis dicta est. Vide paulo post in dictione SOLOE. Soli, numero plurali, more Græcorum, *σολίαι*, sicut Dioscuri, pro Dioscuri, civitas est Ciliciæ ab Achivis & Rhodiis edificata, postea Pompejopolis appellata à Pompejo, qui piratas in eam transtulit, quos dignos existimavit ut scriverentur. Laertius in vita Solonis autor est, urbem hanc à Solone Salaminio conditam fuisse, & ab eo nomē accepisse: ut latius doce-

bimus in dictione SOLOEGISMVS. Et hac urbe oritur tradit viri memorata digni, Chryppus Stolicus, Philimon Comicus, & Aratus, qui de astris carmine scripsit. Sūt & Soli, sive Soli in Cypro insula, metallorum proventus nobilitatis quorum meminit Galenus lib. 9. Simpl. Solon, *σολων*, Germ. Einer aus dem jden wessen in Griechenland ein Besatzger der Athenenser] Fuit unus ex septem sapientibus Græciæ, patria Salaminus, qui (teste Gellio lib. 17. ca. 11.) Athenis claruit Tarquinio Pisico Romæ regnante. Hic Atheniensibus leges dedit, tanto temperamento cõpõlitas, ut patrem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quanquam plebs & Senatus in summa prius essent dissensionē. Draconis autē leges (sicut exceptus, quæ in homicidas poenas statuebant) quod iusto atrociores viderentur, omnes abrogavit. Illis enim in omnia scelera æqualis poena statuta erat, ad eò ut etiam si, qui otii damaati essent, aut qui olera surripissent, capite plecteretur. Ob quam causam Demades dicere solebat: Draconem non atrimento, sed sanguine leges scripsisse. Florebatur tunc in Republica Pissitatus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quam hujus sapientia. Cælis sponte Solon tyrannum fugiens, primum in Aegyptum: deinde in Cyprum postremo ad Cretum regem: cujus quum opera videret, ostentans Cræso, atque interroganti num quis se felicior esset? respondit: Te illum quædam pauperem admodum, alioqui iustū. Athenis agens: qui in suo prædolo solitarius confenerat: simul affirmans nihil esse felix, quod temporum mutationi subjacet: felicitatem tantum finem inducere. Cujus sententiæ Cræsus postea à Cyro captus meminisse dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, civitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Atheniensis colonos statuit, qui intervallio temporis ab Attica lingua desciscentes, Solocillare dicti sunt: unde verbum Solocilli tractum. Decessit in Cypro anno domini LXXX. in daviu, ossa Salaminem transferri, ibique, per regionem projecta: dispersari, ne Athenas inferretur: quoniam discedens iurisdictionem civem adegerat, non antiquiorum leges suas donec redderet. Reliquit etiam conciones & epistolas quasdam Epigramma sepulcro ejus inscriptum, Cic. in hanc sententiam commoratur, Tusc. quest. lib. 1. Mors mea ne carere licet: inquam amicus Mærorem, ut celebrent funera cum lacrymis. Ex Platarcho & Diogene Laertio. Solosphynis, *σολοφυνίς*, Regius ex Scytharum genere juvenis fuit, qui unā cum lino fratre per optimatum factionem domo pulsus, ingentem juvenutem secum traxit, & in Cappadociæ ora ad Thermodonem animum cõsedit: subactis, Themucynis, unā cum fratre regnum occupavit. Venit quæ ex vicinis populis perpetuo prædas ageret, tandem illorum conspiratione per insidias unā cum fratre trucidatus. Horum uxores quum exilio orbatare quoque adjuvanti viderent, arma capessant, finesque suos, submoventes primum, mox etiam inferentes bella, quam lausissimè propagant: vitæque omnibus interfectis, suorumorum concubitus admittunt: mores natos trucidant, virgines non lanificio & colæ, sed equis, venationibusque, exercent, dextris mammillis, ne sagittarum iustus impediretur, inultis. Vnde & Amazones dicitur fuisse sine mammis. Solus, unis, *σολος*, Stephano Cypri insule oppidum, à Phaloro & Acamante Atheniensibus conditum, portū nobiliem habens, cum flumine, item Venenis & Iridis delubra. Genus est Solius. Autor Strab. lib. 14. & Est & Solus Siciliæ oppidum, non procul à Lilybæo promontorio: cujus meminit Plin. lib. 3. capite 8. Solymi, *σολυμοί*, Populi Asiæ, Lyciæ & Pisidis proximi, postea Miles appellati, ut docet Strab. lib. 1. & 14. Plin. eosdem facit cum Pisidis, lib. 5. cap. 27. Insident (inquit) vicem Pisidæ, quondam Solymi appellati. Alii Solymos eosdem fuisse cum Lyciis asserunt: quorum tamen sententiæ cum Homero non satis convenit, qui Bellerophonem à Lyciis regem missum ait ad subjugandos Solymos. Solyma, *σολυμα*, vel Solyma, rum. [*σολυμα* *σολυμα* Stephano.] Urbis clarissima Iudææ, quæ postea addito templo, Hierosolyma dicta est. Solyma, *σολυμα*, um, Iuven. Satyr. 6. Interpres legum Solymarum. Sophene, *σοφηνή*, es, pen. prod. [*σοφηνή* *σοφηνή*] Regio est Asiæ Armeniæ majori: ab ea parte adiacens quæ vergit in Comagenem, juxta Antitaurum & Malium montes. Hujus regionis incolæ Sopheni à Plinio, ab aliis Sophoiæ appellantur. Loc. lib. 2. Phariæ: & dedita sacris incerti Iudææ Dei, mollesque Sopheni. Sophistis, *σοφισται*, Sicyonius vel Thebanus Comicus mediæ comædiæ scriptor, cujus fabulæ nonnullæ commemorantur à Suida. Sophocles, *σοφοκλῆς*, Poeta Tragicus fuit, patriæ Atheniensis, tãta orationis suavitate, ut vulgò *μιδία*: hoc est, apud cognominaretur.

minaretur: æqualis Euripidis, & Periclis, cujus etiam quædam
que collega fuit in Prætura. Natus fuit Olympiade LXXXIII
ante Socratem annis XVII. Primus tribus actionibus usus est,
adjecto eo qui vocatur Trigonista: hoc est, tertiarum & ul-
timarum partium histrio. Primus etiam chorus ex juvenibus
quindecim introduxit, quam antea duodecim tantum intro-
ducebantur. Primus quoque tragicas contentiones ac compo-
sitiones instituit. Scripsit insuper Elegiam & Pæanas, atque ora-
tionem prolam, quam de Choro adversus Thepsim & Chori-
stium contenderet. Obiit autem sexto anno post Euripidis mor-
tem: cui styli magnitudine præfertur, licet ejus sententia infe-
rior. Filios habuit Iophonem, Leosthenem, Aristonem, Ste-
phanum, Meneclidem. Exhibuit fabulas centum viginti tres:
quanquam alii dicant multo plures. Victorias autem viginti
tres reportavit. Hunc Cicero divini poetam lib. 1. de Divini-
tate vocat: eusque in Catone Majore his meminit verbis: Sopho-
cles ad summam senectutem Tragedias fecit, quod propter
studium quum rem familiarem negligere videretur, à filiis in
judicium vocatus est, ut quemadmodum nostro more ma-
le rem gerentibus bonis interdicti solent: sic illum quasi desipien-
tem à re familiari removeret iudices. Tum senex dicitur eam
fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oe-
dipum Coloneum recitasse iudicibus, quæ fuisse que num illud
carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis iudicum
est liberatus. Sophoclem ex insperato gaudio ob victoriam ex
Tragedia quadam repente obisse Valerius autor est. Sopho-
cles superioris nepos, Poeta item Tragicus, qui docuit
Tragedias XL vicit & commemoratur à Suida. Sophocles
etiam Grammaticus, minor appellatus, enarravit Lycophro-
nem, Apollonium, aliosque poetas, cujus opera habemus.
Sophocles alius, dux Atheniensium, Sofratidæ filius, apud
Thucydidem.

Sophocleus, a, um, pen. prod. *σοφοκλειος*. Cic. ad Tyr. An pan-
gis aliquid Sophocleum? Virg. Æ. Aeglog. Sola Sophocleo tua
carmina digna cothurno.

Sophron, *σοφρων*, Syracusanus, Xerxis & Euripidis tempore
vixit: ipse in mos vixit, & mimos fœmineos lingua Dorica, &
solita oratione, cujus scripta erant admodum obscura. Scia-
tus lib. 5. Sylv. Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Co-
mæ. Hujus scriptis tantopere delectatum ferunt Platone, ut
etiam mortuus capiti subiecta haberet. Fuit alter ejusdem nomi-
nis Comicus, cujus meminit Athenæus in Dipnosophistis.

Sophronia, *σοφρωνία*, Matrona Romana fuit, quam ob infi-
grem pudicitiam, Lucretiam Christianam vocant. Hæc quæ
te vim Decii principis videret non posse effugere, consentien-
te viro, accepto gladio se ipsa transiit, & in divorum nume-
rum est relata. Autor Eusebius in Hist. Ecclesiastica.

Sophronium, *σοφρονίον*, Meretriculæ nomen apud Plautum,
amaroria quadam adulatione per diminutionem prolata,
σοφρονίον, quod temperantiam, modestiam, sive casti-
tatem significat.

Sora, *σορα*, Oppidum Campaniæ, cujus meminit Plinius libro
3. cap. 5. Iuxta Satyr. 2: optima Soræ, Aut Phabratæ do-
mus, aut Fusinone paratur. Stephanus Soram alteram col-
locat in Phœnicæ.

Sora, *σορα*, is, vel Soractis, tis, Mons est Faliscorum Apollini sa-
cer, circa quem fiebat sacrificium annuum, in quo stripx fa-
milie super ambulam lignorum struem ambulantes, nõ ad-
urebantur: ut refert Plin. lib. 7. cap. 2. Virg. 11. Aeneid. Summe
deus, sancti cultos Soractis Apollo. Plin. lib. 31. cap. 2. Varro
ad Soractem scripsit esse fontem, cujus sit latitudo quatuor
pedum, sole oriente eum exundare ferventi similem, avesque
que gustaverint, juxta mortuas jacere. Neutro genere usus est
Silius Italicus lib. 8. & sacrum Phœbo Soracte frequentant.
Vulgo Monte di s. silvestro.

Sorani, inquit Servius, dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi Sa-
binorum lingua *Hirpi* vocantur. Sorani vero, à Dite: Nam Di-
tis pater Soranus appellatur, quasi lupi Ditis patris.

Soranus, Ditis seu Plutonis cognomen: à voce Græca *σορα*,
quæ tumulum sepulchralem significat: vel à Sora oppido, ad
Soractem montem sito. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92, eo in
tractu tam pestiferos spiritus exhalari, ut avibus sint lethales.
Vnde videri potest Platonem dictum esse Soranum, non dissimi-
li ratione ab ea, qua Avernum pio inferis poetæ acceperunt.
Soranus, *σορανός*, Ephesus medicus, Alexandriæ vixit. De-
inde Romam venit, ubi artem exercuit Trajani & Adriani tẽ-
poribus. Suidas.

Sorites, *σοριτες*, Populi sunt Ichthyophagi, quos Arabis flu-
vius ab Indis determinat, nullum alium cibum nocentes,
quàm piscium, quos unguibus dissectos torrent sole, panemque
ex eis conficiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. Oritas vocat.

Sosandra, *σοσάνδρα*, Insula Græcæ adjacens: ita dicta,
quod iucolas suos à vi Lyctiorum servavit incolumem. Autor
Stephanus.

Sosianus, Apollinis cognomen, cujus Roma erat statua ex
cedio, & Seleucia advecta, teste Plin. lib. 13. cap. 5.

Sosias, sive Sofia, *σοσιας*, Philosophus quidam impius, qui sub-
lata penitus providentia, omnia temerè facti aderebat: quo in
errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hipponem & ipsum
etiam Epicurum, versatos accepimus. Hæc item hoc personæ
protaticæ nomen in Terentiana Andria.

Sosibius, *σοσιβιος*, Grammaticus Lacedæmonius, cujus me-
minit Suidas. Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui fal-
so tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum invasit, & Ly-
simacho Arsinoës filio machinatus est necem.

Sosigenes, *σοσιγηνος*, Astrologus insignis fuit, cujus opera us-
us est Cæsar, quum annum ad Solis rationem redigeret. Au-
tor Plin. lib. 18. cap. 25.

Sosicles, *σοσικλης*, Patria Syracusanus, poeta Tragicus, circa nõ
vltima Philippi Amyntæ filii tempora, unus ex iis, quos à si-
desis nomine, quod septem numero essent, Plejadem appel-
larunt. Docuit fabulas LXXIII. victorias retulit septem. De
hoc Suidas.

Sosii, Bibliopola: erant celeberrimi Horatii temporibus, quo-
rum meminit lib. 1. Epist. librum suum alloquens: Scilicet ut
prostes Sosiorum pumice mundus.

Sosipater, *σοσιπατερ*, Nobilis Grammatici nomen, è Cary-
ro Eubœæ oppido: cujus meminit & Suidas.

Sosipatra, *σοσιπατρα*, Mulier è Libya, Aedesi Sophistæ uxor,
quæ ob insignem doctrinam, vaticinandiq; peritiam à numi-
bus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sosithus, *σοσιθος*, Poeta Tragicus, patria Syracusanus, ut a-
lii Atheniensis (quanquam non desunt, qui ex Alexandria
Troadis ortum malunt) unus ex iis, qui quod septem essent
numero, Plejades dicebantur. Homerî Tragicæ æmulus. Vide
Suidam.

Sosipolis, *σοσιπολις*, Iovis cognomẽ apud Magnesium, cujus
meminit Strabo lib. 14. Sosipolis alius apud Eleos coleba-
tur: ita dictus quod ab Arcadum impetu civitatem servasse cre-
deretur. Ferunt enim Eleis adversus Arcades in prælium ex-
cantibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestan-
tem, cujus sese & matrem esse dicebat, & in fomus monitam,
ut illum Eleis ducem traderet. Quid multa? credita res. Accep-
tus à muliere puer, & in ipsa aciei hôte nudus hostibus ob-
jectus: qui in ipso incundi prælii momento in draconis speciem
se transformavit, tantum que Arcadibus terroris incussit, ut
se protinus in fugam converterent. Cujus beneficii memores
Elei, eo in loco, quo draco se recipere visus erat, sacrum stru-
xerunt, quod Sosipolidei deo dedicaverunt.

Sostratus, *σοστρατος*, Insignis architectus, qui in insula Pharos,
jussa Ptolemæi Philadelphî turrim extraxit ad ostendendos
nocturnos ignes, navigantiumque cursus dirigendos, cum hu-
jusmodi inscriptioe: Sostratus Gnidius Dexiphani filius,
diis servatoribus pro navigantibus: Nam quum ora ex utraq;
parte importuosa & humilis esset, & cautes, & brevia haberet,
signum aliquod necessarium fuit, altum & clarum, quo na-
vigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strab. lib. 7.
Sostratus alius fuit nobilis æneorum signorum artifex, qui
CXIII. Olympiade floruit, ut refert Plin. lib. 34. cap. 8. Alius
item pugil, patria Sicyoniæ Actocheus cognominatus,
quod adversarium extremis manibus contingeret: nec ante di-
mitteret quàm deficientem sentiret. Autor Pausanias.

Sotades, *σοταδης*, Maronites poeta fuit, turpissimi carminis au-
tor, in quo omnes nefandorum libidinum refert species. Hoc
carminis genus sumpto nomine ex argumento, Cinædos in-
scripsit Suidas.

Soterichus, *σοτεριχος*, Versificator fuit ex Asso Troadis, qui
Dioctetiani encomium scripsit, & Dionysiacorû libros duos,
& alia nonnulla quæ commemorantur à Suida.

Soterichus, *σοτεριχος*, Epidaurius Grammaticus, Pamphi-
liæ doctissimæ mulieris patricus: cujus meminit Suidas.

Sotir, *σοτιρ*, Vrbis Arzenorum ab Antiocho Seleuci filio cõ-
dita, Stephanus.

Sozisa, *σοζισα*, Trium oppidorum nomen, quorum unum in
Phœnicæ collocatur à Stephano: secundum in Pisidia: tertium
in Aethiopia.

Spaco, *σοακος*, Vxor fuit Mithridatis, bubulci Astyagis Medo-
rum regis, & nutrix Cyri: quæ vox, quoniã Medorum lingua
canem significat: factum est ut Cyrus creditus sit nutritus esse
à cane. Autor Herodotus lib. 1.

Spalathra, *σοπαλθρα*, Magnesiæ oppidum apud Plinium lib.
9. cap. 9.

Spargapises, *σοσπαρπισης*, fuit filius Tomyridis, Massa geta-
rum reginæ: qui captus à Cyro seipsum interfecit. Autor He-
rodotus lib. 1.

Sparta, *σοσπαρτα*, Germ. Die gewaltig Statt in Peloponneso ge-
legen / sonst laubt man genant / host jezt Meziro. Peloponnesi-
civitas